



30
~~G. W. 27.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-26.

SIGNAT. ciōiōCCCXIII.

Stückzettel erled.
11. XII. 1944.

DISPUTATIO II.
ETHICA

De

VIRTUTE
MORALI.

Quam

In Inclyta & celeberrima Academia VVittebergensi.

PRÆSIDE,

Clarissimo & Excellentissimo Viro

Dn. IACOBO MARTINI,

Logices & Moral. Professore
publ. ordinario,

Proponit

SAMUEL CUNO
HALA-SAXO.

Ad diem 30. Julij: Horis locoq̄ solitis.

VVITTEBERGÆ

E Typographéo JOHAN. GORMANNI.

Anno M. DC. XIV.

*Magnifico, Nobilissimo ac Consultissi-
mo Viro*

Dn. CHILIANO STISSERO,
U. J. D.

*Reverendissimi ac praeclarissimi
Principis ac Domini*

Dn. CHRISTIANI VVILHELMI,
Dei gratia postulati Archiepiscopi Magde-
burgensis, Primatis Germaniae &c. Domini
mei clementissimi, CANCELLARIO
fidelissimo.

*Mecenati ac Patrono summa animi obser-
vantia colendo,*

U T E T

Amplissimis, prudentissimis ac consultissimis,
multarumq; rerum experientia antecel-
lentissimis Viris,

*Inclytæ ac præillustris Halensium in
Saxonia Reipublicæ*

CONSULIBUS, CAMERARIIS, SE-
natoribus, singulis ex Patriciorum ac Proce-
rum ejusdem Civitatis ordine, spectatissi-
mis ac honoratissimis,

*Mecenatibus ac Promotoribus plurimum
venerandis ac estimandis*

Pro maximis beneficiis in gratitudinis & studia-
rum Philosophicorum testimonium exhibeo.

L. m^q,

Respondens.



DISPUTATIO II.

De Virtute Morali.

Continuatio.

Primæ Disputationis parte posteriore de summo hominis bono egimus: & hoc τῆς ἀρετῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετὴν ἀείψην (a) finivimus; restat nunc ut ἀρετὴν, & quidem, cum ea duplex sit, θεωρητικὴ & ἠθικὴ, hanc, nempe ἠθικὴν, prius videamus. Quia verò causarum cognitio, adferre solet scientiam veram & certam (b) & hic causarum genera, quæ quatuor sunt (c) contemlabimur, perq; ea virtutis moralis naturam scrutabimur: Materiam, Formam, Efficientem, Finem.

(a) Ex Philos. lib. 1. Eth. Nicom. c. 7. lib. 9. eor. c. 9. lib. 10. eor. c. 6. & 7. lib. 2. Eud. c. 1. lib. 7. polit. cap. 3 & 8.

(b) Arist. lib. 1. post. c. 2. t. 5. lib. 2. eor. c. 11. lib. 1. Phys. c. 1. t. 1. li. 2. eor. c. 3. t. 27. li. a. major. Metaphys. c. 3. lib. d. eor. c. 2. t. 2. & lib. κ. eor. c. 7. (c) Arist. lib. 2. post. cap. 11. tex. 11. lib. 2. Phys. c. 3. t. 2. 8. & seqq. lib. 3. eor. c. 13. tex. 72. lib. 4. eor. c. 3. t. 11. lib. 1. de partib. animal. cap. 1. lib. α. major. Metaphys. c. 3. lib. d. eor. c. 2. t. 2. lib. λ. eor. cap. 4. t. 23.

Thesis I.



E materia virtutis ut rectè statua-
mus, tenendum in initio, eam triplicem dari: ali-
am ἐξ ἧς γίνεταί τι: aliam in qua aliquid existit:
aliam denique circa quod aliquid versatur.

II.

Materia ex qua, propriè materia dicitur,
(d) Hanc non nulli constituunt actiones singulas ad auream Me-
diocritatis Regulam conformandas: quod Philosophus dicat,
ἐκ γὰρ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν αἰετὶς γίνονται (e)

(d) Arist. lib. 1, Phys. c. 9. t. 82. lib. 2. eor. c. 3. t. 28. (e) videatur
Phil. lib. 2, Eth. Nicom. c. 1. & cap. 4, lib. 3. eor. c. 5. lib. 1, M. M.
c. 5. & lib. κατηγ. c. 10. de oppos.

III.

Verum confundunt illi partim causam efficientem cum
effectu: partim materiam effecti virtutis, cum materia ipsius vir-
tutis. Actiones illæ sunt effecta virtutis, ut causæ efficientis. At
nullum effectum est vel pars vel tota materia efficientis. Deindè
si actiones istæ omnino materiæ ex qua essent dicendæ, tum non
essent materia virtutis, sed actionis, adeoq; effecti ejus.

IV.

Opinione igitur illa rejecta probavimus in lectionibus nostris
publicis (f) materiã hac virtutes carere, propterea quod fiat ac-
cidentia, quia non habent propriè materiam, ex qua, sed tantum
in qua, & circa quam.

(f) lib. 2. c. 3. in ἀναλύσει.

V.

Materiam itaq; in qua sive ὑποκείμενον (g) virtutis τὴν ψη-
χὴν dicimus (h) Hæc verò quia duas habet potentias, λογικὴν &
ἄλογον; ut illam διανοητικῶν sic hanc ἠθικῶν virtutum (i) subje-
ctum esse probamus: cumq; & hæc duplex sit; φυσικὴ & ὀρεκτικὴ,
hanc in specie virtutum moralium materiam in qua statuimus. (k)

(g) Arist. lib. κατηγ. c. 2. (h) lib. 1. Eth. Nic. c. 13. lib. 1. M. M.
c. 4, lib. 2. Eth. Eudem. c. 1. (i) lib. 1. Eth. Nicom. cap. ult.

6. Mate-

VI.

Materiam deniq; circa quam *ἀντικείμενον* appellatur (l) ponimus hīc *ἡδονὴν καὶ λύπην* voluptatem & dolorem, *ὡς ἡδονὰς καὶ λύπας ἔστιν ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ*, inquit Philosophus (m)

(l) *Arist. lib. 2. de anima cap. 5. t. 33. (m) lib. 2. Eth. Nicom. c. 3. lib. 1. M. M. c. 6. & 8. lib. 2. Eudem. cap. 4. & 10. lib. 2. polit. cap. 5. lib. 3. eor. c. 7. lib. 7. Phys. c. 3. t. 19.*

VII.

Adhuc de materia: sequitur Forma: Ut autem Materia proprie dicta caret virtus, sic quoq; formam non habet, sed ut cæteræ qualitates omnes ipsa est forma. Quare loco ejus hic consideranda veniunt, virtutis Nomen, Genus, Differentia & quæ ex his resultat definitio.

VIII.

Nomen quod attinet, variæ virtutis dantur *ἔτυμολογίαι*. Latini (n) à viro eam deducunt, utpote priore ejus subiecto. Conspectior enim in viris est, quàm in fœminis. Iste à vi: quia scilicet animi sit vis & facultas. Nonnullis etiam virtus est, quasi viri status (o) quod ut virilis cæterus est corporis robusti & perfecti: Sic virtus sit animi perfecti & ad rectas actiones validi. Alijs virtus est, quasi viri artus. (p) Alij à virendo eam deducunt: quod semper vireat: Alij ejus originem Græcam esse conjiciunt, eandem *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς* deducentes, litera initiali a in v consonantem mutata, & reliquis literis per *μετάθεσιν* transpositis.

(n) *Cic. 2. Tuscul. qq. Lactant. lib. de opificio. Danaus lib. 1. Eth. Christ. c. 20. Giphon. in c. 6. lib. 2. Eth p. 113. (o) Guilelmus Peraldus in parte lib. 2. de virt. cap 1. (p) Goel. in Eth. Maur. c. 1. lib. 2.*

IX.

Græca vox *ἀρετὴ* variè derivatur. Ex Platonis (q) n. autoritate *ἀρετὴ* dicitur quasi *αἰρετὴ*, quia sit expetenda *ὡς τὸ αἰεὶ τὸ προαιρεῖται* (r) vel *κατὰ μετάθεσιν* literarum *ἰρατὴ* amabilis, *ὡς τὸ εἰεὶ τὸ πηθουῶ*. Est enim *ἀρετὴ ἐτέρρα* *ἡ κτήσις*, ἢ *ἐρῶσιν ἢ αἰεῖνται πάντες*. (s) vel quasi *αἰερέτη* id est, Eodem fluens modo ab *αἰεῖ* & *ρεῖν* (t) vel quasi *ἀρεσκασι* *πᾶσιν*, ab *ἀρεσκω* placeo (u) vel quasi *ἀρεσῆ*, quod grata esse debeat: vel quasi *ἀρεσόν τι*, quod sit optima

optima, vel ab ἀρεῶν conjungo (x) vel ἀρεῶν τὸν Ἄρεω à Marte (y) vel
ab ἀρεῶν tollo, quod in altum nos eleuet. (z)

(q) in Cratylo. Danaus lib. 1. Eth. Christ. c. 20. Giphan. loco all. (r)
Scapula (s) Idem Scap. (t) Plato in Cratylo. Giphan. l. d. (u) Scap.
(x) Velst. disput. Eth. 3. (y) Scalig. Exercit. 300. S. 3. confer, Scap.
Neandrum in Analys. 1. Orationis Isocratis ex Marcellino & Apu-
lejo. (z) Giphan. d. l. Ioh. Versor. in 8. polit. Arist.

X.

Genus virtutis ex qualitate petendum est. Cum igitur in
animo tria sint, quæ qualitatem denotant (a) πᾶσι δυνάμεις,
καὶ ἕξις unum ex his virtus erit. Non autem est πᾶσι & ἕξις. Quia
ex perturbationibus nemo dicitur bonus aut malus, nemo lauda-
tur aut vituperatur: propter virtutem fit utrumq; (b) Deinde
perturbationes sunt repentinæ & sine deliberatione ex nullo con-
silio, sed temeritate & fervore, æstuq; animi ortæ: In virtutibus
verò vel maximè elucescit consilium & iudicium. (c) Tandem
propter affectus κινήσεις, propter virtutes πῶς ἀγαθῶν rectè
dicimur (d).

(a) Arist. lib. 2. Eth. Nicom. c. 5. lib. 1. M. M. c. 7. lib. 2. Eth. Eu-
dem c. 1. (b) Arist. lib. 1. Rhet. ad Theodoc. c. 6. & lib. 2. Nicom.
c. 6. (c) Idem lib. 6. Eth. Nicom. c. 2. & ibid. c. 13. & lib. 8. eor.
c. 13. & lib. 1. M. M. c. 4. Giphan. pag. 111. Senec. Epist. 16. & lib. 4.
de virtutib. (d) Casus, Giphan. Donaldson. Golius.

XI.

Nec etiam δυνάμεις est virtus: quia nec propter illam boni
vel mali dicimur, ut nec laudamur nec vituperamur: Deinde à
natura est δυνάμεις: non autem virtus moralis (e) E. est ἕξις.

(e) Arist. lib. 2. Eth. Nicom. c. 1. ibid. c. 5. lib. 1. M. M. cap. 6. lib. 2.
Eudem c. 2.

XII.

Genere virtutis invento, differentiæ investigandæ erunt
quarum duæ sunt præcipuè: Una est ἀρεῶν. Virtus enim cer-
to animi proposito suscipitur (d) altera est μεσότης: Sublata enim
mediocritate statim adest vitium, & actiones excedentes defi-
cientesq; vituperantur, (e) Et tanè si tollas mediocritatem, tum
pluribus modis virtutem assequi possumus (f) quod absurdissi-
mum. (d) Arist.

(d) Arist. lib. 2. Eth. Nicom. c. 4. & 3. lib. 6. eor. c. 2. lib. 8. c. 13.
 (e) lib. 2. Eth. Nicom. c. 6. lib. 2. Eud. c. 5. & 7. (f) Rectè Pythagoræ τὸ μὲν καλὸν ἐστὶ τὸ ἀπίεον, τὸ δὲ ἀγαθὸν τὸ πεπιρροσμένον. Et Aristoteles ἡ μὲν ἀρετὴ ἀπλῆν, ἡ δὲ κακία ἀσολυσιδὲς lib. 1. M. M. lib. a major Metaph. c. 4. Averr. ibid. t. 22.

XIII.

Ex his ejusmodi conficimus cum Philosopho (g) definitionem: ἀρετὴ ἐστὶν ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι ἕσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡς ρισμένη λόγῳ, καὶ ὡς ἀνὸ φρόνιμου ὀρίσειε. Virtus est habitus agendi aliquid cum consilio, consistens in mediocritate, quo ad nos relata, & ratione definita, sicut vir prudens eam definirer.

(g) Arist. lib. 2. Eth. Nicom. c. 6. lib. 6. eor. c. 2. & 13. lib. 1. M. M. c. 4.

XIV.

Atq; definitio hæc non in una duntaxat numero virtute, sed undecim juxta Philosophum (h) conspicitur: Fortitudine, Temperantia, Modestia, Mansuetudine, Comitatus, Veritate, Urbanitate & justitia.

(h) 2. Nicom. c. 7. lib. 2. Eth. Eudem c. 5. Piccol. in Philos. Moral. gr. 4. c. 29.

XV.

Atq; hæctenus de causis internis, Materia & Forma virtutis: sequuntur nunc Externæ, Efficiens & finis. Illa dividitur in Universalem & Particularem (i) Universalem Deum constitutum, qui & beatitudinis (k) est: Particularem fecimus consuetudinem (l) in actione cum mediocritate consistentem.

(i) 2. Phys. c. 3. t. 32. (k) lib. 1. Eth. Nicom. c. 9. (l) lib. 2. Ethic. Nicom. c. 1. lib. 1. M. M. c. 6. lib. 2. Eud. c. 4.

XVI.

Non enim insunt morales virtutes homini à natura: Naturalia enim sunt immutabilia, aut certe difficulter (m) mutantur, secundum illud Horatij (n).

Naturam expellas furca, tamen usq; recurrit.

Virtutibus autem modo assuescimus modo desuescimus.

(m) Arist. 2. Eth. Nicom. c. 1. hinc I. C. Jus naturale quoq; immutabile faciunt. S; sed naturalia II. Instit. de jure N. G. & C. vide Dec. de reg. juris. reg. 9. p. 123. (n) lib. 1. Epist. 10.

17. Deit.

XVII.

Deindè in confesso est, nos eorum quæ nobis naturâ insunt, prius habere *δυνάμεις* & facultates, quam ipsas actiones edamus. Exempli gratia in infante prius est facultas verba formandi, & gressus figendi, quam ipse actus: In virtutibus verò moralibus, longè aliter sese res habet: Prius enim quam habitum acquiras, actiones aliquas justas & honestas edere potes, quin imò his ipsis habitus acquiritur.

XVIII.

Præterea si virtus nobis naturæ munere contingeret, cur obsecro tot monitoribus & virtutum inculcatoribus opus foret? an non ipsius naturæ dictamen secuti, honestum à turpi discernere, & illud sequi hoc fugere possumus?

XIX.

Accedit, quod de illis, quæ natura nobis insunt, absurdè omninò & stultè leges feruntur. De virtutibus autem rectè id fieri, quis inficias ibit?

XX.

Deniq; ipsum quoq; vocis *Ετυμον* nostram munire videtur sententiam, quod virtutes *ἠθικαὶ* non *ἀπὸ τῆς φύσεως*, sed *ἔθους*, id est, consuetudine obtinuerunt.

XXI.

More igitur & crebris actionibus virtus moralis comparatur, si nimirum actiones ad rectæ rationis dictamen instituamus, quod nostras actiones jubet esse moderatas, hoc est ejusmodi, quæ nec excessu nec defectu laborent. Deindè verò ut gravius aliquanto vel remissius corpus exercentes ejus vires enervant; sic in actionibus moralibus, si plus minusve in actione admiseris, à virtute deviabis, mediocritatem verò in illis observans, habitum virtutis vel comparabis, vel paratum conservabis secundum illud Poëtæ — *Medio tutissimus ibis.*

XXII.

Illorum igitur laudanda & commendanda industria est, qui in id incumbunt. ut primò actiones suas certo quodam modo conforment: ut deindè ab ætate ineunte, statim sese ad virtutes accommodent: quandoquidem totum in eo situm est, utrum sic, an secus à puero sit vivendum.

Arist. lib. 2. Eth. Nic. c. 1. lib. 10. eor. cap. 9

XXIII.

Finem duplicem esse docet Philosophus & & (o) virtutis igitur finem & cuius facimus ipsum honestum: τὸ γὰρ καλὸν ἕνεκα inquit Aristoteles (p) virtutes suscipi & excoli debent. Finem & cui, statuimus ipsam beatitudinem (q) quam in actionibus virtutum (r) consistere antea probavimus.

(o) lib. 1. Ethic. Nic. c. 1. lib. 2. Phys. c. 2. t. 24. lib. 2. de anima c. 4. t. 35. (p) lib. 3. Eth. Nic. c. 3. & 7. lib. 4. eor. c. 2. lib. 7. Eud. c. 15. Cic. lib. 3 de finib. (q) lib. 1. Eth. Nic. c. 2. lib. 10. eor. c. 6. lib. 1. M. M. c. 4. & 5. lib. 1. Eud. c. 1. (r) lib. 1. Eth. Nic. c. 7. lib. 10. eor. c. 9. lib. 1. M. M. c. 1. lib. 2. Eud. c. 3.

PROBLEMAT A.

1. *An felicitas civilis in habitu an in operatione virtutis consistat? Posterius rectè concluditur in thesibus.*
2. *An beatitudo habeat quandam latitudinem? Ut virtus ita actio virtutis, & consequenter beatitudo Politica.*
3. *An voluptas que ex virtutum actione proficiscitur sit pars summi boni? Potius affectio, quam pars censenda est.*
4. *An vita, sanitas, Divitia, Honores &c. in bonorum censum referenda sint: Mors morbus, paupertas, Ignominia malis accensenda? putamus.*

5. *An*

Finem

5. *An bona Externa requirat Beatitudo Politica? Omnino.*
6. *An vir bonus debeat esse appetens honoris? Negligere illum non: sed moderate appetere. Crudelis enim est, qui famam negligit.*
7. *An Honor sit honerantis, an honorati? Potius illius, quàm huius.*
8. *Cur multi ex parentibus virtute claris orti degenerent: Cùm aliàs in ore omnium sit Boni ex bonis nascuntur? R. Quia habilem tantum natura facit, non verò dat habitum.*
9. *An mores sequantur temperamentum corporis? Id ἀπλῶς negandum non est.*
10. *An vitia & peccata omnia sint paria? Non sunt.*
11. *An ignorantia excuset? Distinguantur varia ignorantia species? quaedam excusat, quaedam non.*
12. *An casus fortuitus semper excuset factum? Non semper.*

Suum amicissimum

Dn. SAMUELEM CUNONEM

Respondentem sic alloquitur:



Endere quem Spartam ditem delectat Athenis,
Cum iubet in siccam Numen descendat arenam,
Et Stagaritæo secet ense ligamina Gordi,
Quo portans palmam, Spartam decurrat & ornet.
Gratulor & lætor, recurrere CUNO futurum

Ad ditem Spartam, quem jam *Virtutis* amore,
Stringis Aristotelis gladium defensor Athenis,
Sis animo forti: Quò non athleta superstes
Dexterior, noster gladij tibi subgeret ansam.
JACOBUS, reliquos inter verissimus Argus:
Hòc duce fers palmam; rude sic donare; mereris.
Auri depositum; Spartam, properabis, ut ornes.

*Ludovicus Alphitander, Bothmarius,
Magdeburg, Saxo.*

Ad Eundem

Premia, quæ prisci tribuebant pulvere claris,
Hæc tu nancisci niteris ingenio.
Hinc artis specimen desudans edere, certas
De virtute bono, quo sine vita nihil.
Defendas igitur verum, falsumq; refutes.
Sic ars fulgebit, sic remanebit bonos.
Sed ne duntaxat noscas, adjungito praxin.
Virtutem colito, tuncq; beatus eris.

Apponebat

Tobias Henckelius Halberstadt

F I N I S.

ON THE GENERAL PRINCIPLES

OF THE THEORY OF

THE DIFFERENTIAL CALCULUS

BY

JOHANNES KEPLER

PROFESSOR OF MATHEMATICS

AT THE UNIVERSITY OF

WÜRZBURG

IN THE YEAR 1684

PRINTED AT THE UNIVERSITY PRESS

OF WÜRZBURG

BY THE UNIVERSITY OF WÜRZBURG

PRINTED AT THE UNIVERSITY PRESS

A

In Illu

Dn.

PETRU

Ac

E Typo



Umg. VI 26

= [Dissertationes
Theol. Vol. 707]



Sb.

VD 17



77
UTATIO II.
ETHICA

De
VIRTUTE
MORALI.

Quam
Præsentia Academia VVittebergenſi.

PRÆSIDE,
& Excellentiffimo Viro
ROBERTO MARTINI,
Moral. Profefſore
publ. ordinario,

Proponit
HEINRICH CUNO
SAXO.

Julij: Horis locoq̄ ſolitis.

WITTEBERGÆ
JOHAN. GORMANNI.

M. DC. XIV.

